e-codices

eſto fili qui pauperē vitā
gerimus hēbis multa bo
na ſi timueris deū · Et
Tobias cū eēt ℣ · iii ·
iunior omnibꝫ
in tribu neptalim: tā
nichil puerile geſſit
in opere ℟ Sufficiebat
nob paupertas noſtra ut
divitie computarentur
nunquam fuiſſet pecunia iſta
p qua miſimus filiū no
ſtrum · Baculum ſenectu
tis nrē ℣ Heu me fili mi
ut quid te miſimus pereg
nari lumē oculoꝝ nroꝝ
Baculum · Lectō · iiii ·
Denique cū irent
omnes ad vitu
los aureos quos ierobo
am fecerat rex iſrl · hic
ſolus fugiebat cōſortia
omnium: et pgebat ad
iherlm ad templū dnī:
et ibi adorabat dnm de
um iſrl · ℟ Memor eſto
fili mi quō pauperē vitam
gerimus · habebis multa
bona ſi timueris deum
℣ Fiducia magna erit
coram ſummo deo elemo
ſina omnibꝫ qui faciunt
ea · habebis ℣ · quīta ·
Cum vero factus
eſſet vir: accepit
uxorem annam · de tri
bu ſua: genuitqꝫ filiū
ex ea: nomen ſuum impo
nens ei · Quem ab in
fancia timere deum do
cuit et abſtinere ab omni
peccato ℟ Benedicite deū
celi et coram omnibꝫ vi
ventibus cōfitemini ei ·
Quia fecit vobiscū miām
ſuā ℣ Tempus ē ut reū

License: PUBLIC_DOMAIN – Zürich, Schweizerisches Nationalmuseum, LM 4624.2, f. 212r – Breviary of Jost von Silenen, <i>pars aestivalis</i> (http://www.e-codices.ch/fr/snm/LM004624-2/212r)